



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac Maxime Illustrium

Brusch, Kaspar

Nürnberg, 1682

Lindaviense Canonissarum, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-38166

19. *Conradus Lagus*, ex Ebern præclaro Episcopatus Herbipolensis oppido natus, eligitur anno Domini 1538. Præsides hoc adhuc corrente Jubilæo. Is omnes ab antecessore suo inchoatas structuras præclare ac feliciter absolvit, & præter alia plurima ornamenta, quæ pulcherrimo isti monasterio adjecit, memorabilem etiam ac copiosissimam Bibliothecam ex omni generis optimis ac utilissimis libris coëmit & de novo adornavit. Nam omnis eruditionis vir amans est & omnium eruditorum fautor benignissimus.

Ebern.



LINDAVIENSE Canonissarum, nobili stemmate natarum, Lab omni voto immunitum nullaq; profus veste monastica indutarum, nec nullo coelibatus juramento ab honestis nuptiis exemptarum Dominarum amplissimum collegium in lacu Acronio & ejusdem nominis insulari civitate situm, antiquitus Lendaugense, ob maximam ad locum natura portuosum appellendū è lacu commoditatem dictum, coepit annum Christi circiter 810, ex pia liberalitate ac munificentia Adalberti cujusdam Comitit de Rorbach, qui patre Leotobico natus, Caroli Magni confanguineus, sacriq; Palatii Magister & Provinciarum Rheticarum præfectus, cum aliquando procellosis Acronii lacus fluctibus penè obrutus de vita desperasset & precabundus vovisset, eo sese loco in Beatæ ac Deiparæ Virginis Mariæ honorem gratitudinis ergò constructurum templum & coenobium, ubi salvus & incolumis littori appulisset, casu in hanc insulam ventorum vi delatus, eam purgari & à fratre Mangoldo Comite à Rorbach adiutus coenobium ibi construi fecit, cui nomen ab eventu & felici appulsu suo indidit, ut Lendoa vel Lendaugia (quæ vox hodie adhuc accolis in ore frequentior ferè est, quàm Lindaugia) nuncuparetur. Idem vero ille Adalbertus Xenodochii etiam Lindaviensis opulentissimi fundator fuisse dicitur, qui tandem anno Domini 841. decima die Maji occisus legitur à copiis Ludovici, Regis Germaniæ & Bavarie, non procul à Lacu Brigantino, dum is à

Adalbertus Comes.

Lendoa, vocatur Lindavia. Adalbertus, Lindaviensis Xenodochii fundator. Caesardicitur.

N n 3

*Chronologia
monasterio
Lindaugia
S.M.*

Cæsare Lothario præsidii loco in Rhætia positus esset, ut prohiberet, ne Caroli Calvi exercitus à Burgundionibus adveniens cum Ludovici fratris agmine jungeretur. Postea anno Domini 866. ab Imperatore Ludovico II. Cæsaris Lotharii filio, datis privilegiis ac asylo insuper in fontium refugium concessò, confirmatur Adalberti Comitis, Lothario Cæsari tam fidelis præfecti & ministerialis, nova ista fundatio: addita præterea ista etiam dignitate ac prærogativa singulari, ut Abbatissa ejus loci cum aliis Sacri Rom. Imp. ecclesiasticis Prælati Princeps esset Sacri Rom. Imp. cui in publicis pompis liber deberet præferri, quemadmodum Buchaugiensi etiam Abbatisæ in celebrioribus pompis liber & nudus gladius antiquitus anteferri est solitus. Templum ipsius cœnobii est augustum & magnificum, cujus pilæ seu testudinem fulcientes columnæ singulæ è singulis faxis integris coagulatae sunt, nec pluribus lapidum juncturis constant: earum uni per longum hoc modo antiquissimis literis incisi sunt hi duo versus:

*Abbatissa
Lindavi-
si præfer-
tur publi-
ce liber.*

NOBIS PROPICIA SIS HAG
PRO DOTE MARIA.

V
I
R
G
O
M
A
R
I
A
P
I
A
S
T
A
T
V
A
M
P
R
O
M
V
N
E
R
E
N

E
T
V
I
T
A
E
N
O
B
I
S
A
C
H
R
I
S
T
O
P
R
A
E
M
I
A
P

Alteri cuidam pilæ in-
cisi sunt alii hi duo Le-
onini versus, quos
Doctor *Achilles P.
Gassarus*, Medicus ac
Physicus Augustanæ
Reip. clarissimus,
dum anno 1584. stu-
diosus per Marianum
hoc templum ambu-
lat, invenit: mihiq;
qui (ut huic antiqui-
tatum ecclesiastica-
rum farragini infere-
rentur) benigniter
communicavit. Prior
ex transverso statuæ
inscriptus est: poste-
rior per longum co-
lumnæ exaratus.

D
A
T
B
I
N
A
S
S
T
A
T
V
A
S
H
E
I
N
R
I
C
V
S
N
A
V
T
A
M
A
R
I
Æ

O
S
C
E

Paro-

Chronologia
Mysterio
S.M

Parochi-
ale tem-
plum Lin-
daviense.

Parochia S. Stephani è regione Marianæ basilicæ sita coepit anno Christi 1180. cum jam ex undiquaq; confluentibus mechanicarum artium opificibus, ex comigrantibus item ad D. Virginem sub tiliis vicinis Eschacensibus villicis riatum esset mediocre oppidum. Catalogum Abbatissarum integrum consequi non potui, sed hunc mancum, Doctoris *Achillis Gassari* auxiliis congestum, studioso antiquitatum lectori non subtrahendum duxi: fortassis aliquando illa etiam, quæ adhuc cum huic, tum aliis cœnobiis defunt, copiose & ubere mensura accedent, quod fieri posset facile, si quilibet Abbas & quælibet Abbatissa chartas, literas, mortilogia, Reversalia, Plenaria, Diplomata & totum chartaceum gazophylacium suum penitus inspicerent & majore studio (quàm hæcenus factum est) evoluerent: quod ut faciant, ex animo ego & per amorem & honorem communis patriæ oro ac obtestor.

Abbatiss.
series.

1. *D. Juota*, vidua pia ac religiosa, præficitur Canonissarum collegiis Lindangiensi & Buchaugiensi jam plane à veteri ac prima pie moderateq; vivendi ratione recessis, nova gubernatrix & quasi meliorem in viam (à qua paulo licentiosius aberratum sub antecedentibus Abbatissis fuerat) reductrix, anno Domini 1043. ab Imperatore Heinrico III. Quam vero illa diu præfuerit, aut quæ Abbatissa eam antecesserit, aut etiam recte ipsam sequuta sit, id omne in oblivionem venit.

Congre-
gatio Lin-
daviensis

2. *D. Sigena à Schellenberg* præfuit anno Domini 1270. quo anno ejus consensu monialium cœnobium ad Congregationem dictum, hodie privati civis amœnissimum domicilium, & aliud Franciscani instituti sororum (quas *Beghinas* vel *Beguttas S. Petri* vocant) conventiculum, quod civitatis incolæ S. Petri *Navicula* lam nominare solent, constructum est intra oppidi mœnia. Aliud etiam de hac Domina reperitur nihil.

3. *D. Gutta à Trisen*, altera & secundaria cœnobii fundatrix. Hæc anno quidem Domini 1286. præfuit, sed quamdiu, id incertum est.

4. *D. Clara* præfuit anno Domini 1347.

5. *D. Ca-*

5. *D. Catharina*, prudentissima herois, legitur sedisse ad clauum aliquot annis ante & post annum Domini 1360.

6. *D. Agnes à Wolsfurt* eligitur in Abbatissam Lindaviensem anno Domini 1364. Præfuit 26. annis. Obiit anno 1390.

7. *D. Clara à Wolsfurt*, germana foror Domini Burcardi, Abbatis Fabariensis, constituitur Abbatissa anno Domini 1392. Decessit ex hac lachrymarum valle anno Domini 1410. cum laudabiliter præfuisset annis 18.

8. *D. Ursula à Sigberg* successit *D. Claræ*. Præfuit adhuc anno Christi 1460. Hanc Sigismundus Imperator in reformatione sua non admodum de meliore nota commendat.

9. *D. Ursula à Brasberg*, dicta Præfecta de Summerau, obiit anno 1491.

10. *D. Emilia de Rischach*, magnifica & prudentissima herois, successit Brasbergensi anno 1491. Præfuit sapienter annis 40. Obiit 14. Januarii anno Domini 1531. ætatis suæ 84. Sub ejus gubernatione frequens fuit Lindavii Divus Imperator Maximilianus, cui in hoc ipso cœnobio, ut loco omnium totius oppidi amœnissimo, peculiare constructum est conclave, quod hodie adhuc incolæ Cæsaris conclave vocant.

11. *D. Catharina de Bodmen*, adulescentula 18. annorum, successit Dominae Emiliae ex hac vita evocatæ, electa anno Domini 1532. septima Martii. Successisset Domina Catharina à *Cath. à Ramschwag* & corporis & animi bonis præclara herois, ex antiquissima nobilissimaq; apud Rheetos familia nata, nisi illa, vivente adhuc *D. Emilia*, monasticæ vitæ & religioni in universum valedixisset, contemtoq; Canonissarum statu concionatorum Lindaviensum primati, *Thome Gasnero*, Pludentino, gravi & eloquenti viro nupsisset. Consecrata est Domina Bodmensis prima Maji in cœnobio Comitum Montis fortis Langnoviensis. Postea 17. Maji furem, morti devotum & scalis Vitellianis adjudicatum, intercessione sua è vinculis & à morte liberat. Præfuit hoc adhuc anno 1551. Lindavii, quæ in bello Germanico, metu tumultuantis illic plebis, Bregantum secefferat.

Chronologia
Misterio
S. M

